

Τριπολίον. TRIPOLION.

CAP. CXXX.

TRIPOLION, in marinis nascitur locis, quæ allidit unda, recedensque dimittit, neque in mari, neque in sicco: folio glasti crassiore: palmeo caule, in mucrone diuiso. Eius, ut tradunt, flores colorem ter die mutant, mane candidi, meridie purpurei, sero punicei conspicuntur. Radice alba, odorata, calidi gustus. Quæ drachmis duabus in uino pota, aquam, urinamque per aluum extrahit. In medicamenta digeritur, quæ uenena arcent.


TRI POLIVM Serapioni Turbit appellatur. Quapropter credidere nonnulli, Turbit uulgò uocatum Dio- Tripolij con scoridis esse Tripolium, præsentim quod ipsum & album, & delectorie facultatis esse deprehenderent. Veruntamen sideratio.
 rem alter se habere illud argumento est, quod communis usus Turpetum nullo commendetur odore, nec gustui acre-
 dinem relinquat, sed tantum salcedinis, & asperitatis quidam. Ex quibus sane notis afferere licet, Tripolium in Italia non reperi, neq; aliunde aduehi: quemadmodum nec Turbit, de quo differuit Aucenna, quem etiam Diosco-
 ridis Tripolium intellexisse reor. Ceterum ab his longe differre uidetur TVRBIT, quod à Mesue describitur, Turpeti con-
 sideratio.
 nostrati Turpeto omnibus prorsus notis respondens. Ait enim Turbit radicem esse herbe folia ferula minora seren-
 tis, triplicijs notari differentia, nempe alba, subcinerea, & nigra. Quæ quidem omnia in nostri usus Turpeto dili-
 genter intuentibus facile sese offerunt. Siquidem in Turpeti radicibus, que ex orientali plaga ad nos deferuntur, o-
 mnes hi reperiuntur colores: non tamen quod putem, eos ita factos esse tantum ex ipsius plantæ natura; sed quod ob
 uetus statem, & aduentij aeris humorem radices hæ corrumpantur, & nigrescant, illosq; sibi asplicant colores. Cu-
 ius rei in causa etiam esse potest maris, per quod conuechitur, exorta procella, undis tristis super antibus, quibus ma-
 defactæ radices facile situm, uel nigredinem contrahunt. Præterea cum afferat Actuarius, nil aliud esse album Tur= Tripolij
 petum, quam alypia radicem, eorum plane refellitur opinio, qui Mesuem errasse existimant, quod album Turpetum
 dixerit plantæ radicem esse, que folia ferret ferulacea. quandoquidem alypum, sive alypia, ut in sequentibus docebit
 Dioscorides, folijs tenuibus profilit, quemadmodum & ferula. Ex his igitur, ut arbitror, abunde liquet, Turpetum
 tam Mesui, quam Actuario alypia esse radicem. Est & aliud Turpetum, quod potius pseudoturpetum dixerim, cras-
 sius, & cortice nigrius, quod ex Gargano Apulie monte conuechitur dupli genere, quoniam unum ē thapsiæ, alte-
 rum ē pityusæ radicibus concinnant impostores, à quibus hæc omnia didicimus. Non itaq; ab re scripsit Actuarius, ni-
 grum Turpetum radicem esse pityusæ. Verum hoc (ut mea fert opinio) Mesuis Turpetum haudquam fuerit, cum
 ipsius Turpetum nil aliud esse existimem, ut paulò ante diximus, quam alypia radicem. Quanquam putat Brasauo= Brasauoli er-
 lus, nulla tamen, quod equidem sciám, ratione uel authoritate nixus, apud Mesuem Turpetum omnino tithymali myr= ratum.
 finitis radicem esse. Sed quantum myrtifolia à ferula folijs differant, qui nesciunt, rei herbariae peritos consulant.
 Fuchsius porro libro de compositione medicamentorum Turpetum, de quo Mesues egit, ē Thapsiæ radicibus exem= Fuch. opinio
 ptum existimat. Sed ipsius quoq; sententia mihi plane, ut libere dicam, reprobanda uidetur: nam è ueteribus nullum reiecta.
 hactenus reperi, qui Thapsian lacteo succo turgere scribat: cum tamen Mesui Turpetū à planta eximatur, que plu-
 rimo lacte madet. Prestat in Turpeti genere album ex orientali plaga allatum, resinum, minime cariosum. Dei-
 cit hoc pituitam, crassos lentoq; humores ad articulorum compagines defluentes, remotioresq; corporis partes.
 Ventriculum expurgat, & que illi penitus inherent excrements detergit: item & pectus à pituita lentore. Datur
 magno iuuamento aqua intercute laborantibus: item elephantiacis, & Gallicis lue affectis: quin & ijs, qui morbis ab
 exustis humoribus prouenientibus sunt obnoxij. Prodest diuornis febris, & in uniuersum ubi pituita redundet. ue-
 rum qui sumunt cauere debent à piscium esu, & australi flatu. Sed iam ad Tripolium nostra redeat oratio. Repe- Plinij lapsus.
 rior hac in historia non parum hallucinatum esse Plinium libro xxi. cap. viii. ubi turpiter Tripolium cum polio her= Tripolij ui-
 ba confudit, adeo ut afferere non dubitauerit, polium ter in die foliorum mutare colorem. Id quod de Tripolij floribus tradi- res ex Gal.
 dide tun Diſcorides, tun antiquorum reliqui. Tripolij quām breuiſimē meminit Galenus libro viii. Nomina.
 simplicium medicamentorum, ita scribens. Tripolij radix acris est, & facultate calida in tertio excessu.
 Quod Græci τριπολίον, Latini quoq; Tripolium dicunt: Itali, Tripolio.

Αδιάντον. ADIANTVM.

CAP. CXXXI.

DIANTON, polytrichon, pusilla gerit folia, similia coriandri, in summo incisuris diuisa: cau-
 liculi, quibus exoriuntur, nigro colore nitent, prætenues, palmum alti: radice superuacua: neque
 caulem, neque fructum, neque florem profert. Decoctum herbæ potum, prodest spirandi difficultati, suspriosis, lieni, & felle suffusis, & urinæ difficiili: calculos frangit, aluum fistit, serpentium mor-
 fibus auxilio est: contra stomachi fluxiones in uino bibitur: secundas ciet, & menstrua: sanguinis refectiones inhibet. Contra serpentium morsus cruda herba illinitur, alopecias densat, strumas di-
 scutit: surfures, & manantia capitis ulcera ex lixiuio emendat: defluentes capillos continet, cum la-
 dano, & myrtino, & fusino, aut hyssopo, uinoque. Decoctum eius cum lixiuio, & uino infusum, idē
 præstat. Coturnices, & gallinaceos pugnaciores facit, in cibos eorum additum. Seritur gratia utili-
 tatis pecorum circa ouilia. Vmbrosis, & palustribus, circa parietum aspergines, & fontium specus
 enascitur.

Cc 3 Τριχομάνες.



TRICHOMANES. TRICHOMANES.

CAP. CXXXII.

TRICHOMANES nascitur eisdem in locis, quibus adianton: filici simile, sed exilius: folijs lenticula, tenuibus, in ordinem utrinque digestis, aduersis in se, in ramulis tenuibus, acerbis, fusco colore splendentibus. Eadem quae & adianton præstare posse constat.

Adianti, &
Trichomanis
consideratio.

Plinij lapsus.

ADIANTVM officinæ Capillum Veneris appellant. Duo eius genera Theophrastus assignauit libro VII. 40 cap. XIIII. de plantarum historiæ, ubi ita scriptum reliquit. Adianti folium in aqua nunquam madefecit, nec quicquam adhaesisse humoris constat: unde & nomen herba accepit. Genera eius duo, candidum, atque nigrum. Ambo ad deflumum capillorum utilia, oleo trita. Nascuntur maximè locis humidis. hæc Theophrastus. Cui subscribit Plinius, licet confusè satis, libro XXII. cap. XXXI. dum sic inquit. Aliud Adianto miraculum, estate uiret, bruma non maretur, aquas restitu: perfusum, mersumue, siccò simile est, tanta dissociatio deprehenditur, unde & nomen à Grecis. Quidam callitrichon uocant, alij polytrichon, utrumque ab effectu. Duo eius genera, candidius, & nigrum, breuiusq;. Id quod maius est Polytrichon, aliud Trichomanes uocant. Vtrique ramuli nigro colore nitent, folijs filicis, ex quibus inferiora aspera, ac fuscæ sunt: omnia autem contrarijs pediculis densa inter se ex aduerso: radix nulla. Umbrosas petras, parietumq; aspergines, ac fontiū maximè specus sequitur, & saxa manantia. quod miremur, cùm aquas non sentiat. ita Plinius. In quibus nimirū uerbis manifeste deprehenditur ipse Plinius, Trichomanes, quod & Filiculam appellamus, in secundi Adianti locū retulisse. quippe qui perperam fortasse acceperit Theophrasti sententiam, à quo illa mutuatus est. Nam Theophrastus ubi de utroq; Adianti genere differuerit, eodem loco citato statim de Trichomane hæc uerba subiunxit. Trichomanes uel ad distillationes urinæ unicè facit, ut aliqui existimant. Caulē hæc adianto nigro similem gerit: folia admodum parua, densa, aduersa, inter se condita: radicem minimam. Loca amat opaca. hactenus Theophrastus. Ex quibus liquidò appetat, Theophrasto Trichomanes, quod Fidicula à Theodoro uertitur, nullū Adianti genus esse, sed per se suiq; generis plantam: quod enim Fidiculan dixerit caulinum ferre nigro adianto similem, clarissime ostendit, candidum Adiantum cum Trichomane nullā habere cognitionem. Hinc itaq; facile crediderim, Adiantū nigrum, quod caule filiculam referat, nobis legitimū esse, id sane intelligens, quod Capillū Veneris pañim nominant. Candidum uero eam plantam esse aliquando putau, que unā cum Trichomane in petris, parietū, ac fontiū aspergīnibus, specubus, & humentibus locis nascitur: folijs nigricantibus, minutim laciniatis, luteas maculas quam plurimas auersa parte habentibus: caule uiridi, gracili, flexiliq;: quam nonnulli, eò quod folijs rutam emulterur,

letur,

letur, & in murl's proueniat, Rutam murariam cognominant, alij Saxifragam dicunt. Sed nunc equidem hanc eandem cum Paronychia Dioscoridis esse opinor, ut etiam superius in sua mentione monuimus. Cæterum Fuchsius medicus clarissimus, hanc herbam pro Saxifraga Dioscoridis depinxit in suis de stirpium historia commentarijs. Verum quod hæc folio constet ruta, illa uero epithymi, capillorumq; modo tenui, cur plane eius sententiam comprobem, non habeo. Adianti meminit Galenus libro VI. simplicium medicamentorum, sic de eius uiribus scribens. Adiantum in caliditate quidem, & frigiditate symmetrum est, uerum desiccatur, & extenuat, & discutit. Etenim alopecias capillis uestit, & strumas & abscessus digerit, lapidesq; frangit epotum. Viscosorum, crassorumq; è pectore pulmoneq; ex creationibus non mediocriter confort, & uentris profluvium sistit: non tanen ullam manifestam caliditatem afferit, sicut nec frigiditatem. Verum posuerit ipsum quispiam secundum hanc oppositionem & temperiem in ordine medio.

Adianti, &
Trichomanis
uires ex Gal.

20 Trichomanis autem meminit libro VIII. corundem simplicium medicamentorum, ubi subscribens Dioscoridi, hæc tantum retulit. Trichomanes eadem præstat, qua adiantum. hæc Galenus. Porro Adiantum, ut Mesues inter sua simplicia resert, aluum subducit, bilem, & pituitam deicit, crassaq; excrementa, qua diu interioribus inhaesere. Pectus, & pulmonem detergit, sanguinem clarificat, bonum facit habition, animam dilatat, & iecur & uentriculum purgat, præsertim si obstructione laborent: tametsi ad eorum infarctus potètius sit eius dilatum ex apij, aut endiuie aqua paratum, aut ex eicerum nigrorum iure, aut caprino sero. Sed si addatur saccharum, lateris inflammations sanat, & urinam trahit. Eius præterea decoctum frequentius potum calculos frangit, & foeminas à partu purgat. Hos autem effectus præbet calidum tantum facultate, que illi inest. At adstringente ui, qua etiamnum pollet, defluxiones inhibet: fluentem sanguinem sistit, uentriculum roborat, & capillorum deservit usque adeò emendat, ut non modo eos cohbeat, sed & renascifaciat, præsertim emplastri modo impositum, myrtino oleo, ladano, & austero uino additis. Idem præstat et combusti cinis: quintam eius ex uino decoctum. Furfures reiteratis lotionibus despellit. Eius cinis hec omnia potest, & agilopas curat. Ipsius diluti libra epota commodissime aliuus subducitur.

Adianti uires
ex Mesue.

20 Herba, que Græcis ἔλατον, Latinis pariter Adiantum nominatur: Arabibus, Bersegnascen, seu Bersausan, & Chulbare albir: Italis & alijs uulgø, Capel uenere: Germanis, Frauuenhar: Hispanis, Culantrillo de pozo: Gal lis, Capil uenere. Que uero τεχνουρες Græce, Latinè Trichomanes, Polytrichum & Callitrichum dicitur: Ita lis & officinis Politrico: Germanis, Steinbrech: Hispanis, Politrico: Gallis, Polytricen.

Nomina.

XANTHIVM, SIVE LAPPA.
CAP. CXXXIII.



30 XANTHIVM nascitur læto, & pingui solo, & lacubus exiccatis, caule cubitali, angulofo, pingui, prodeuntibus ex eo crebris alis: folia atriplicis habet, insecta, nasturtium odore imitantia: fructum grandis oliuæ modo, rotundum, & ut platani pilula, spinosum, qui contatu uestibus adhærescit. Is antè collectus quam perfectè siccescat, tunditur, & fictili vase reconditur. Flauos autem facit capillos, si acetabuli instar tepida aqua madescat, mox caput, nitro ante perfrictum, illinatur. Alij in uino tundunt, & ita asseruant. Semen aptissimè tumribus imponitur.

40 XANTHIVM, quod uulgaris Lappam minorem cognomina- Xanthii con sideratio.
t, omnibus uulgarissimum est: quandoquidem publicis ubiq; se mitis, & exiccatis scrobibus, lacubusq; nascatur. Huic, meo quidem iudicio, omnes conueniunt note, nulla prorsus reclamante, que Xanthio à Dioscoride tribuuntur. nam præterquam quod caule gerit angulosum, ac pingue, folia, que ei subalbida sunt, atriplicis effigiem referunt, per ambitum serrata, nasturtium odo re imitantia. Prodeunt etiam è caule ranuli, quibus racematin fructus oliue figura dependet, aculeatus ceu platani pilula, qui maturescens, cum tangitur, uestibus pertinaciter adhæret. Pau cis admodum huius herbae uires descripsit Galenus lib. VIII. sim plicum medicamentorum, sic inquiens. Xanthium uocatur etiam phæganum. Fructus discutiendi vim obtinet. Hæc planta Græcis ἔλατον appellatur: Latinis quoq; Xanthium: Italis, Lappa minor: Germanis, Bettlersleiffz, & Spitzkletten: Hispanis, Lappa menor: Gallis, Gloteron, & Grapellas.

Xanthii uires
ex Galeno.

Nomina.

Aἰγιλῶν.

Aegylopis cōfideratio.

Error quo-
rundam.Aegylopis
ex hordeo ge-
neratio.Aegylopis ui-
res ex Gal.

Nomina.



AEGILOPS herbula folia tritici habens, sed moliora, in summo capite semina bina ternave rubra, quibus aristae quasi capillaceæ exeunt. Illa cum farina herba ægilopis medetur, duritas discutit. Succus farinæ admistus siccatur, & eorundem gratia reponitur.

NASCITVR frequens Aegilops inter segetes, sed frequentissima inter hordeum, & zean, folio tritici, culmo præter nui, in cuius cacumine bina ternave rubra semina dependent, oblonga: e quibus aristæ prodeunt longæ, capillorum modo tennes. Hanc non modo uidimus in Ananienſi agro, & ubiq; ferè locoru; sed etiam ſep̄iſimè legimus. Eam rura Ananienſia uulgò Squalam appellant. Proinde errant iij, ut equidem arbitror, qui Aegilopem, & auenam idem esse contendunt. quandoquidem eſt primo statim intuitu Aegilops auenæ faciem referrre uideatur; diligenter tamen singulas eius notas expendenti, facile & diſcri-
men, & error deprehendetur. Etenim Auena in ſtipula cacumi-
nibus grana profert, longiusculis appensa pediculis, oblongis foli-
culis coniecta, bipedum locustarum effigiem repræsentantibus.
At Aegilops tenuissimas fert ſpicas, tribus, aut quatuor tantum
graniſ contentas, auenæ ferè modo dependentibus: e quibus arti-
ſtæ prodeunt capillorum instar tenues, rubentes, & auena lon-
giores. Quod autem ita ſe res habeat, manifestum præbet indici-
um ipſe Diſcorides: utpote qui de auena l. bro secundo inter ce-
realia abunde ſcripſerit, neq; bis ſcorſumq; eiusdem plantæ histo-
riam tractare ſoleat: ſuperuacaneum enim fuſſet idem repetere,
& inordinatum eidem in eonſulto addere. Huc accedit, quod ſt
note, que utriq; plantæ à Diſcoride redduntur, inuicem conſe-
rantur, haud dubie alteram ab altera tum facie, tum uiribus, lon-
gè differre comperietur. Nanq; Diſcorides Auena, quam B̄θων, non αἴγιλοψι uocauit, depinxit ſtipula
geniculis intercepta, dependentibus in cacumine paruulis ueluti locustis bipedibus, in quibus ſemen concluditur.
Aegilopa uero in ſummo capite ſemina bina, aut ternave rubra habentem, aristis capillaceis. Porro cum libro ſecun-
do de uiribus Auene differeret, inquit. Huius ſemen non ſecus atq; hordeum, utile eſt ad cataplasmata. Pulte eius
alius ſiftitur. prodeft tuſientibus in ſorbitione ſuccus. Verū hīc de uiribus Aegilopis ſcribens, herbam eius ad ſi-
nuos oculorum abſeffus, quos Græci ægilopas uocant, & ad duritas diſcutiendas commendauit: ſuccinūq; farinæ
admiſtum ad idem ualere prodidit. Que ſane omnia, ni fallor, apertissimè demonſtrant, Aegilopem auenæ quam
maxime repugnare. Aegilopem ex hordei uitio fieri, ſicut lolium ex tritico nimia uligine, teſtis eſt Galenus libro 40
primo, capite ultimo de alimentorum facultatibus, ubi ita ſcribit. In tritico quidem, frequens lolium ſepe inueni-
tur: in hordeis uero reperiuit, ſed paucum: quam autem Aegilopem appellant, ea in hordeis frequens inueniuntur,
cum prima generatio, uel incrementum ipſis non recte ſuccederit. Porro pater meus aetate iam declinante, cum
agricultura delectaretur, triticum, ac hordeum aliquando ſeminauit, omnibus diuersi generis ſeminibus, que ipſis
erant admixta, diligenter ſelectis, quod certò cognoceret, num ex ipſorum mutatione lolium & Aegilops naſceren-
tur, an propriam hec quoq; ſemina naturam haberent. Cum autem forte una cum puris ſeminibus in tritico quidem
frequens lolium, in hordeo autem parum, ſed magnam Aegilopis ūim enatam conficeret, in alijs quoque ſeminibus
itidem experiri eſt aggressus. hactenus Galenus. Ceteram ipſe quoq; teſtari poſſum, me ſe penumero in Anania ual-
le audiuiſſe agricultas conqueri, quod hordeum degeneraſſer in Squalam: ſic enim ipſi Aegilopem nocant. Aegilo-
pis uires retulit Galenus libro v. 1. ſimplicium medicamentorum, his uerbis. Aegilops digerendi uim poſſidet, id 50
quod ex gusto patet: leuiter enim eſt acris. Verū & ex eo liquet, quod phlegmonas indurat, & Aegilopas ſanat.
hec Galenus. Cuius etiam teſtimonio ſatis planum fieri poſteſt, Auena, & Aegilopem interſe diſſidere, quod de
ijs ſcorſum egerit, & ſingulis diuersas uires reddiderit. Que Græce αἴγιλοψ, Latine etiam Aegilops dici-
tur: Arabice, Dauſir, Dalifit, Dosana, Dauſer, ſive Duſer: Italice, Egilopa.

B̄θων. BROMVS.

CAP. CXXXV.

BROMVS. herba ægilopi ſimilis, exiccatoriam uim habens. Decoquitur cum ſua radice in aqua
ad tertias, & iuri colato par modus mellis adiicitur: rursus incoquitur, dum liquidi mellis crati-
tudo fiat. Linteum eo humore imbutum, & naribus inditum, contra graueolentiam ulcerum eficax
eſt. Aliqui tritam aloēn addunt, & eo modo utuntur. Cum ſiccis roſis cocta in uino, grauem oris
halitum emendat.

TAMETSI

T A M E T S I non desunt Dioscoridis studiosi, atq; etiam interpretes, qui putant, Bromum huic loco illegitimi accrescisse, quod de ea quoq; libro secundo idem Dioscorides tractauerit, alidq; non sit Bromos, quam Auena; nos tamen longe aliter sentimus. Mea siquidem sententia est, eritq; donec melior ab aliis proferatur, quod Dioscorides, ubi secundo libro Bromum inter segetes, legumina, & alta frugum genera, quae satione proueniunt, descripsit, de satius Bromo tantum intellexerit: hic uero, ubi de his, quae sponte nascuntur, differit, nobis sylvestrem Bromum reddat. Hec vulgaris notio est, domesticæ auene in omnibus persimilis, granis tamen maioribus nigrioribus, hirsutioribusq;. Bromi huius mentionem fecisse opinor Plinii libro xxi. cap. xxv. dum sic inquit. Bromos semen est spicam frentis herbe. nascitur inter uitia segetis auene Græcæ generi, & filio, & stipula triticum imitatur. In cacominitibus dependentes paruulas uelut locustas habet. Semen utile ad cataplasmata, atq; hordeum, & similia. Βρῶμος ita Græcæ, ut Latinæ Bromus & Auena sylvestris nominatur: Italice, Vena saluatica.

Bromi consideratio.

Nomina.

Γλαύξ. GLAVX.

CAP. CXXXVI.

G L A V X cytiso, aut lenticulae folijs similis, quæ supernè uirent, auersaque candidiora spectantur: ramuli à terra exiliunt quini sentive, tenues ab radice, dodrantem alti: flores uiolæ albæ, purei exeunt, minores tamen. nascitur iuxta mare. Coquitur cum hordeacea farina, sale, & oleo in sorbitione, ad reuocandam extinti lactis ubertatem.

Q U A N Q V A M scribit Dioscorides iuxta mare nasci Glaucem; eam tamen ipse hactenus usquam reperi, neque ab aliquo compertam audiui. Nisi Ruellio ad stipulari uelutinus, qui eam herbam Glaucem putat esse, quæ frumentum multis caulinibus: folijs oblongis, in ordinem utrinque digestis, ciceris modo, subter cæsijs, supernè uiridibus: flore purpureo, paruo, siliqua terete, non in aduncion ut scæni græci corniculata. Hec, et si Ruellio teste nullum apud Gallos inuenierit, nomen à quibusdam GALEGA ab alijs Ruta capraria, in Hetruria uero uulgo appellatur Laudense, sive ut quidam alij Lauamani, quod prope riuos aquarum nascatur, ubi manus lauantes rusticæ, hac planta saponis uice fibi sordidum lutum abstergunt. Verum cum videamus huiuscem plantæ flores, & caules, qui se quandoq; ad bicubitalē altitudinem attollunt, Glaucis faciem non representare, cogimur dicere Ruellium hoc in re hallucinatu deprehendi: præsertim quod Glaux, Dioscoride et Plinio authoribus, inuenitur iuxta mare.

Galega uero in uliginosis loeis, in scrobium aggeribus, in montibus, & deniq; passim seru prouenit. Huic plantæ recentiores affigant uires non uulgares contra pestilentiam, & uenenosorum animalium morsus. in quorum remedium herba per se est, atque etiam exterius illimitur. Sunt & qui eam morbo comitali laborantibus auxiliari prædicent: in quem usum eius succum exhibent, drachmarum quatuor pondere. Quod autem hec extinctum lac reuocet, ad quod Glaux à Dioscoride commendatur, non equidem afferere, cum nullum inueniam, qui Galeganis uiribus præstare testetur. Glaucis meminit Galenus lib. vi. simplicium medicamentorum, de eius uiribus differens in hunc modum. Glaux herba, & ipsa lactis generandi uim obtinere uidetur. Quod si ita sit, calida quodammodo, humidaq; fuerit temperamentum. Ea æquæ Græcis γλαύξ, atq; Latinis Glaux appellatur.

Glaucis consideratio.

Ruellii opin.

explosa.

Glaucis uires ex Galeno.

Nomina.

Πολύγαλον. POLYGALA.

CAP. CXXXVII.

P O L Y G A L A palmi altitudinem petit, folijs lenticulae, gustu adstricto. Quæ pota, lactis abundantiam facit.

P O L Y G A L A mibi planè incompta est, neq; id temerè fateri licet, quod tam paucæ eius tradantur notatum à Dioscoride, tum etiam à Plinio, ut admodum difficile sit decernere, que nobis hodie sece offerat planta, cuius Polygala nomen recte competere posse. Hec Græcæ πολύγαλον, Polygalum quoque & Polygala Latine dicitur.

Nomina.

Oppigs.

Osyris. OSYRIS,

CAP. CXXXVIII,



Osyridis con sideratio.

Plinij lapsus.

Osyridis ui res ex Gal.

Nomina.

O S Y R I S frutex est niger, ramulos ferens tenues, lentes, fractuque contumaces: & in his folia quaterna, quina, senave, celi lini, nigra in initio, dein colore mutato rubescens. Decoctum eius potū, iuuat arquatos.

O S Y R I S, quod folijs, & caule lini faciem representet, officinis Linaria appellatur. Huius flores, quos tamen omisit Di scorides, numerosi à medio usque ad summum usuntur, sylvestris cumi secundi generis modo, uerum in hoc purpurei sunt, in illa sublutei. Sunt tamen qui uelint, Osyrim eam esse plantam, quam uulgō nos appellamus Bel uedere, quod bellē, densissimeq; fructicet, uireatq; per astatem, non solum in hortis, & uiridarijs sata; sed etiam in fictilibus ornandi fenestras gratia. Qui uero ita existimant, eo ducuntur argumento, quod hęc non modò crescat folijs lino similibus, sed quod etiam nunc seratur à multis ad scopas ex ea parandas. Quandoquidem id à Galeno dictum uolunt in simplicium censu, ubi uerbum οσυρις (ita enim legendum est, non autem οσυριδια, ut male habent codices) non solum medicamenta, que faciem uenustant; uerum etiam scopas Græcis si gnificare arbitrantur, quemadmodum & Cornarius in Actio in terpretatur. Quorum equidem sententiam non prossim impro bandam censeo, quoniam palam est, hanc plantam folijs linum re ferre, & ad scopas conficiendas aptissimam esse. tametsi Dioscoridis placitis ea non admodum adstipuletur, sicuti nec alia uocata Linaria, quod neutrius folia ē nigro, quod uiderim, in rubrum mutantur, quodq; harum ramuli longe plura habeant folia, quam quina, uel sena. Osyridis historiam tradidit etiam Plinus lib. XXVII. cap. XII. ubi ita scriptum reliquit. Osyris ramulos fert nigros, tenues, lentes: & in his folia nigra, celi lini: semenq; in ramulis nigrum initio, dein colore mutato rubescens, hęc Plinius. In quibus, meo iudicio, lapsus deprehenditur ipse Plinius, quod ijs notis depinxerit huius planta & semen, que folijs reddidit Di scorides, à quo tamen Plinius illa mutua tus est. De uiribus Osyridis Galenus lib. VIII. simplicium medicamentorum differunt, ijs uerbis. Osyridi, inquit, herbe, ex qua κοριματα (sive scopas, sive medicamenta, que cutem exterunt, & leuigant, interpreteris fieri solent, amara inest qualitas, & obstrunctiones expediendi facultas. quare & in iecinore consistentes obstrukiones adiuuat. Herba hęc οσυρις Græcis, Latinis item Osyris dicitur: Germanis, Hærn kraut: Italies pariter & Hispanis, Linaria.

Σμιλαξ τραχεῖα. SMILAX ASPERA.

CAP. CXXXIX.

S M I L A X aspera, folia habet periclymeni: sarmenta tenuia, multa, rubi modo, aut paliuri aculeata: arbores scandit, ab imo ad summa perreptans, se conuoluens eis: fert racemos exiles, qui maturi rubescunt, gustumque leniter mordent. Nascitur in palustribus, & asperis: radice dura, crassa. Folia, & acini, & antè, & post epotii, uenenosorum antidota sunt. Tradunt, si infantibus nuper in lucem editis, quid ex his tritum propinetur, nulla postmodum venena nocitura. Inciditur etiam ad alexipharmacā, id est, ad ea medicamenta, quibus venena arcentur.

Σμιλαξ λεία. SMILAX LAEVIS.

CAP. CXL.

L A E V I S Smilacis folia hederæ similitudinem habent, molliora, laeviora, tenuiora: huius sarmenta supradictæ similia, nullis horrent spinis: conuoluitur arboreis, ut prior: fructum parit lupini modo nigrum, exiguum: floribus in cacumine perpetuis, multis, rotundis. Hac smilace, quadam topiriorum arte, tentoria contra aestus molestiam factitantur: folia per autumnum decidunt. Semine cum dorycnio poto, ternis singulorum obolis, varia & tumultuosa in somnis obuer sari traduntur.

Smilacis aspe rra historia ex Theophr.

S M I L A X aspera Hetruscis Hedera spinosa, sive Rubus ceruinus nominatur. Hanc diligentissime persecutus est Theophrastus lib. III. capite ultimo de plantarum historia, ubi ita scriptum reliquit. Smilax, id est, hedera Cili cia, amplexicaulis ipsa quoque assurgit, frutex aculeatus, & uelut præhorridus: folium hederæ, paruum, sine ana gulo,

SMILAX ASPERA.

SMILAX LAEVIS.



gulo, iuxta pediculi retinaculum humectum: peculiare, quod medium illum callum, qui instar spine animantium secat, pretenuem habet, & interualla staminea, non ex eo porrecta, ut cetera, sed circa eum in orbem circumacta, ab annexu pediculi dicit, ad caulem uero foliorum internodia consummantem: iulus ab eisdem pediculis atque folia, tenuis, seq; conuoluens dependet. Flos candidus, suauiter olens, uerno proueniens tempore: fructus proximus soiano, atque melothro, & maximè uue labruscæ uocatae. Racemi pensiles ut bederæ sunt, uerum ad labruscam potius accidunt: nam de eodem puncio pediculi acinorum exceunt. Colore fructus rutilus est: nucleus in uniuersum quidem binos continet, quanquam grandior ternos, & parvulus unum. Nucleus durus admodum est, & colore formosus niger. Peculiare racemis, quod per latera caulium sepiunt, postremoq; caulis racemus omnium maximus propendet, sicut in rhamno, & rubo: unde fit, ut extremo fructifera, & latere large fructifera ista spectetur. Hactenus Theophrasti de smilace aspera sententia. Que autem Smilax leuis appellatur, ubiq; fr̄ē prouenit, sed pre-
40 fertim in Hetruria, ubi paſſim frequentissima inuenitur. Incoleam uulgō uocant Vilucchio maggiore. Hæc folijs Smilacis leuis
asperam quadantenus imitatur, nec secus ac illa arbores scandit, seq; conuoluit eis, proxima queq; uincies: ue-
rum farmentis, sive ramulis constat, non ut altera horridis, aculeatisq; sed leuibus, flexilibus, ac lentis. Flores
profert candidos, calathie effigie: è quibus semen prodit atrum, lentibus maior, sed lupinorum figura. Officina hanc
plantam Volubilem nuncupant. Cuius tamen plura Mauritanis habentur genera, quorum unum illud est, quod Lu-
pulum appellant. Huius eti apud medicos etatis nostræ frequentissimus fit usus, addaturq; ab ijs in quam plurima
50 medicamenta; nihil tamen de eo, quod equidem inuenierim, Galenus, & Dioscorides, alijsq; ueteres tam Græci,
quam Latini autores, posteritatis memorie prodiderunt. quanquam non desunt, qui uelint, hunc Plinio esse Lu-
pum salictarium, ab eo hoc tantum nomine demonstratum libro xxi. cap. x. v. atq; ibi inter eas herbas connumerat-
Lupuli histo-
tum, que sponte nascuntur, quibusq; pleræq; gentium utuntur in cibis. Lupuli uocati latius meminit Mesues inter
sua deiectione facultatis medicamenta, ubi hec ad sensum habet. Est & aliud Volubilis genus, quod LUPVLVS
appellatur, folia habens aspera, cucumeris modo: flores exilibus folliculis squamatim compactos, racematimq; de-
pendentes, colore subincerco. Hic flauan bilem detrahit, sanguinem ab ea expurgat, & eius inflammations ex-
tinguit. Sero caprino maceratus, ualentior redditur. Succus cum saccharo decoctus syrupi modo, regio morbo la-
borantibus medetur. Sed profecto mirum est, quod eo nostræ etatis medici tam parec raroq; utantur, cum tamen
præstantissimum fit medicamentum. quandoquidem tum herba ipsa per se, tum etiam succus polente admittus, capi-
tis dolorem à caliditate contractum tollit. Iecinoris, & uentriculi astus mitigat. Syrupus ex saccharo, & eius suc-
co paratus, utilissime exhibetur in febribus à bile, & sanguine excitatis. hæc Mesues de Lupulo. Cæterum ad insti-
tutum

Smilacis leuis
historia.Lupuli histo-
ria, et uires ex
Mesues.

Smilacis utriusque vires tradidit
Galenus libro VII. simplicium medicamentorum, sic inquiens.
Milax (sic enim Smilacem uocat Galenus) afferat claviculis ple-
na est, ita ut uarietate sursum deorsumq; arboribus circumvolvatur.
Folia gustata aliquid habent acrimonie, & aliqui si illis utaris,
calefaciunt. Milax leuis facultate quodammodo praedicta similis
est. Planta, que Graecis σμιλαξ τραχεῖα, Latinis Smilax
aspera, & Hedera Ciliata uocatur: Italas, Hedera spinosa, &
Rouo ceruno: Germanis, Scharpe uinden. Que uero σμι-
λαξ λεῖα Graecē, Smilax leuis sine lenis Latinē dicitur: Italice,
Vilucchio maggiore: Hispanice, Correguela mayor: Gallicē,
Liset maior.

Mugellū ἀγρία. RVSCVS. CAP. CXLI.

SYLVESTRIS myrtus, aliquibus oxymyrsine,
aut myrtacantha, Latinis ruscum appellatur. folium fert
myrti, latius, in formam lanceæ mucronatum. baccæ
per maturitatem rubescunt, rotundæ, à medio folio de-
pendentes, osseō intus nucleo: cubitales ramuli ab radi-
ce exeunt, utilium modo lenti, fractu contumaces, fo-
liosi: radice graminis simili, acerba, & subamara. Fo-
lia, & baccæ in uino potæ, vrinam cident: menses pellunt,
uelicæ calculos frangunt, stillicidio urinæ medentur, do-
lores capitis sanant, & regium morbum. In asperis, &
præcipitibus locis enascitur. Decoctum radicis in uino
potum, eisdem præbet effectus. Cauliculi recentes, a-
sparagorum uice in cibo sumuntur: amari autem sunt,
sed urinam mouent.

R V S C V M officinae corrupto nomine ex literæ additione 30
Bruscum appellant. Nos uero, quod arcendis nuribus is aptissi-
mus sit, si salitis appensis carnibus funiculo circumligetur, Pun-
gi topi Hetrusca lingua dicimus. Germinat hic uere asparagimo-
do, turionibus tamen breuioribus, crassioribus, hirsutisq;: qui ca-
lix manduntur ex oleo, sale, & aceto. Cæterum, quod non ob-
scure amarorem gustui relinquant, in medicamentis potius, quam
in cibis expetuntur: sunt enim ciende urinæ, aperiendisq; obstru-
ctionibus perquam idonei. Graecis, quod folijs sit acutis, & myr-
tum emuletur, oxymyrsine, hoc est, acuta myrtus appellatur.
Ea Graecis μυρτὸν ἀγρία & ὄξυμυρσίνη uocatur: Latinis, Ru-
scus, & Myrtus sylvestris: Arabibus, qui Cubebas cum rusco con-
fundunt, Cubebe: Italas, Rusco et Pongi topi: Germanis, Bruosch:
Hispanis, Ius barba, & Gil barbera: Gallis, Brusco.

Δαφνη ἀλεξανδρεῖα. LAVRVS ALEXAN-
DRINA. CAP. CXLI.

LAVRVS Alexandrina folio est rufi maiore, mollio-
re, & candiore: semine inter folia rubro, ciceris magni-
tudine: ramos spargit in terra dodrantales, interdum lon-
giores: radice sylvestri myrti simili, maiore, molliore, 50
odorata. inuenitur in montosis. Difficiles partus acce-
lerat, radice pota sex drachmarum pondere in uino dul-
ci, & stillicidio urinæ auxiliatur, sed sanguinē extrahit.

S I L A V R V M Alexandrinam, & Hippoglossum unam
& eandem plantam esse sensisset Dioscorides, ut quidam existi-
mant, nulli quidem dubium est, quin superuacuum erat, de ijsdem
seorsum, diuersis atq; etiam proximis capitibus Dioscoridem dis-
serere. uel nulla in earum notis, & uiribus reperiretur differen-
tia. Sed quoniam eas seorsum tanquam diuersas retulit, diuersisq;
utrisq; notis assignauit; idcirco has plantas inter se differre dia-
catur,

Nomina.

LUPVLVS.



Rusciconsi-
deratio.

RVSCVS.

Nomina.



Lauri Alexan-
drinae conside-
ratio.